hail-ſhot, and part of it plainly ſcorch't and ſhrunk up, as by fire; and divers of ſuch ſmall holes in his ſhirt too, yet without any hurt in his body; ſave, that he found ſome pain in his foot. One ſide of his ſhoe alſo was half torn, and the Soal ſidewards pierced through, as 'twere, with hail ſhot.

Yet there dyed not any one of all them that were hurt; they recovering either of themſelves, or by the advice and help of others.

An Extract of a Letter of M. *Hevelius*, written to the Publiſher from *Dantzick*, Auguſt $\frac{17}{27}$ 1670. Concerning a *New Star*, lately diſcover'd in the Conſtellation of the *Swan*, together with the preſent Appearance of the Planet *Saturn*.

——*Etiamſi non dubitem ultimas meas Tibi eſſe traditas, nihilominus tamen hiſce Te rurſus inviſere volui, quo vos de Obſervatione quadam notatu digna certiores facerem, mentemque ſimul meam ea de re vobis exponerem*: De Nova *videlicet illa* Fixa *circa* Cygnum, *nuper deprehensâ*; *non quidem de illa, quæ in* Pectore *ejus jam Anno* 1600 *illuxit, & Anno* 1660 *rurſus evanuit, ac denuo Anno* 1666. *menſe* Septembri, *inſtar ſtellulæ* Septimæ *magnitudinis emicuit*; *de qua eo tempore, ſi rectè memini, fuſius vobis perſcripſeram*: *Sed de Fixa prorſus diverſa,* Tertiæ *magnitudinis ferè, circa & infra caput* Cygni, *inter informes conſpicua, cujus Longitudo* 1°. 52′. 26″ ♒, *& Latitudo* 47°. 25′. 22″. Bor. *modò exiſtit, ut Obſervationes, die* 25 Julii *à me habitæ, luculenter oſtendunt.* Novam *autem ſtellam hanc ipſam omnino eſſe, & in Cœlo ad annum* 1660 *penitus inconſpicuam fuiſſe, non eſt quod quiſquam dubitet. Nam, ut noſti, à plurimis jam annis,* & Planetarum & Fixarum *obſervationibus maximè (quod præfiſcine dixerim) operam dedi, ſic ut non ſolum omnes illas à* Tychone *olim obſervatas, globóque adſcriptas, ſed & reliquas hactenus neglectas, nudo tamen oculo bene conſpicuas, tum* Quartæ *tum* Quintæ *tum* Sextæ *magnitudinis, in quibuſvis Aſteriſmis accuratè notarem, inque catalogum referrem*: *quo imposterum eo facilius, ſi qua* nova *prodiret Fixa, deprehenderetur. Accidit igitur, ut Anno jam* 1659, 1660, *&* 1661, *paraque ſtellu-*

las

las illas omnes, in Aſteriſmo Cygni *apparentes, ſummâ diligentiâ debitis Organis dimenſus fuerim, atque ita omnes illas, etiam circa* Collum, & Caput *deprehenſibiles, notaverim, earumque diſtantias à diverſis fixis ceperim; nullam autem ſtellam* tertiæ *magnitudinis, eo loco, ubi jam dicta* nova *notatur, tum deprehendi; quam tamen optime, ſi adfuiſſet, conſpexiſſem. Nam cum (ſub nota* 6,7.) *in delineatione noſtra, ſupra ſcilicet cuſpidem alæ Borealis* Aquilæ, *& quidem multo minores, tum* [b] *duarum informium,* Caput Cygni *precedentium, inferiorem, tum ipſum* Caput *ſextæ Magnitudinis, nec non* c, d, n, m, l, k, *Stellas* Sextæ *&* Quintæ *magnitud. probè ac diſtinctè viderim; quidni etiam hanc ad duos treſve gradus ab his remotam, & quidem* Tertiæ *magnit. obſervaſſem? Sic ut primò hinc certus ſim, Anno* 1660 *&* 1661 *hanc ſtellam nondum extitiſſe viſibilem. Deinde, clarè etiam patet ex* Bayeri *Uranometriâ, hanc modò dictam novam Stellam neque Anno* 1603. *apparuiſſe, & per conſequens neque* Tychoni *multo minus* Hipparcho. *Siquidem &* Bayerus *Fixam tantæ magnitudinis deprehendiſſet, cùm haud procul ab illa aliam (ſub numero* 8.) *in meo Schemate* Sextæ *Magnit. depinxerit: prout in Aſteriſmo ejus* Cygni *videre eſt. At, inquies, fortè ea ipſa eſt quam tu* novam *dicis: quippe cùm Bayerus congruis organis ſtellas illas haud obſervaverit fieri facilè potuit, ut à vero ejus loco ad gradum, vel paulò plus, aberraverit. Sed, crede, id factum non eſt, quandoquidem ſtella illa parvula (8) adhuc eodem loco, ubi* Bayerus *ferè eam depoſuit, commoratur. nec major eſt ſtella ſextæ magnitudinis, ut eodem tempore ei videbatur. Diſtat enim, ut ipſemet nuper deprehendi, ab ore* Pegaſi 32°. 39′. 0″; *dextro genu* Pegaſi 39°. 32′. 45″; *hinc provenit ejus Longitudo* 0°. 6′. 28″. ♒, *& Lat.* 46°. 11′. 14″. *Bor. ad annum ſcilicet currentem* 1670. *complet. Julio. At nova* [a] *elongatur ab ore* Pegaſi 32°. 31′. 35″, *& à dextro genu* Pegaſi 38°. 18′. 50″; *ex quibus diſtantiis Longitudo* 1°. 52′. 25″. ♒, *&* Latitudo 47°. 25′. 22″. *Boreal. elicitur. Adeò ut hæc Nova planè ſit diverſa ab illa* ſextæ *magnitudinis, à* Bayero *notata; (quanquam hæ duæ nondum ad duos gradus ab invicem removentur.) Atque ex dictis manifeſtum fit, hanc Novam nec anno* 1603. *nec anno* 1660. *inter cæteras emicuiſſe ſtellas. Quò autem Aſtrophili eò diſtinctiùs tum ſtellam illam, tum locum ejus cognoſcant, volui totum* Cygnum, *(Vid. Tab. I. Fig. 1.) cum adhærentibus*

ſtellis

ſtellis, nec non omnibus illis minoribus, Globo hactenus nondum adſcriptis, ac à me per diſtantias varias ſedulo obſervatis. delineatam dare, ac Illuſtriſſimæ Societati *quantocius tranſmittere; ut ſimul conſtet, quot incognitis Fixis Aſteriſmos omnes, divina ope, hucuſque jam ditaverim ac exornaverim. Ego ſolo* Cygno 35. *addidi; quippe* Tycho *non niſi* 18. *in ſuo Catalogo exhibet, quibus* Kepplerus 8 *addidit, ſic ut Conſtellatio* Cygni *in Globo noſtro* 60. *ferè ſtellis fixis nunc luceat. De cætero, bene impoſterum attendendum erit, an ſæpius dicta Stella* [a] *in eadem magnitudine ſit permanſura; an verò ratione magnitudinis luminiſque diverſam aliquam induerit faciem? Cùm primitus à me obſervabatur, quoad* magnitudinem *& ſplendorem, ſtellæ in* Pectore Aquilæ *æquabatur, niſi quòd aliquanto obtuſioris fuerit luminis; quoad* ſitum, *reſpectu reliquarum ſtellarum, in linea recta cum illa in Ancone alæ ſuperioris* Cygni, *& illâ in humero* Aquilæ, *nec non cum lucida* Lyræ, *& illâ in Rhombo* Delphini, *mediarum Borealiori conſiſtebat; triangulum verò æquilaterum cum illa in Capite & Roſtro* Cygni *conſtituebat. Altera verò illa Nova in* Pectore Cygni, *quæ rurſus, Anno* 1666. *illuxit, ſenſim creſcere videtur, quanquam necdum major eſt ſtellis* ſextæ *magnitudinis, ac minor adhuc illis tribus,* m, l, *&* k, *in* Collo *à me obſervatis. At illa in Collo* Ceti, *non maximè ſplendet; quippe* Secundæ *ferè magnitud. tum inſignis claritatis videtur.*

Ultimò, cùm heſterna die, (26. Auguſti) *optimam occaſionem nactus ſuerim; cœlo admodum annuente, Teleſcopium illud, 50. pedes longum, quod non ita pridem mihi tranſmiſiſtis, ad ſidera adhibui, & quidem primo ad* Lunam; *inveni, quòd officio ſuo adeò ſatisfaciat, ut meritò habeam, cur vobis maximas agam gratias. Ad* Saturnum, *ut Luna fuerit præſens, ſatis ſuperque vires etiam ſuas extendit; ſiquidem faciem ejus nitidiſſimè ac clariſſimè detegebat. Quali autem mihi apparuit, adjecta delineatio* (*Vid. Tab.* 1. *Fig.* 2.) *commonſtrabit. Videbis* Saturnum *hoc tempore, altâ ſcil.* Aquila 24°. 32'. 0" *in diſtantia ab extrema Alæ* Pegaſi 33°. 48'. 0". *& ab Ore ejus* 24°. 51'. 40". *in* 4°. 11'. Piſcium, *in* 1°. 53'. *Latit. Auſtr.* 3, *in ipſa, nempe oppoſitione Solis exiſtente* Saturno, *planè alia*

facie,

facie, quàm Cl. Hugenio, *tum* Vobis *Anno* 1666. *tum* Pariſienſibus 1668 *apparere. Siquidem* Annulus, *qui* Saturnum *circundat, multo nunc arctior, compreſſiorque animadverſus, quàm illo tempore, quaſi obliquiori, reſpectu Terræ, nunc viâ incedat. Non dubito, ſi Veſtrates illum nuper obſervarunt, quin eadem formâ iis quoque apparuerit; nam ſummâ diligentiâ illum adumbravi.*

Nomina Stellarum Cygni à Tychoni obſervatarum.

		Magnit.
	Roſtrum Cygni	3.
	Nova Pectoris A. 1603. à Keplero obſerv. 3 magn.	6.
V. Tab. 1.	Pectus	3.
Figure 1.	Cauda	2.
	In Ancone aleæ Boreæ	3.
	In Ancone alæ Auſtr.	3.
	Extrema alæ Auſtr.	3.
	In Capite	5.
	In medio Colli	4.
	Extrema & Suprema alæ Bor.	4.
	Penultima ſ. Media	4.
	Antepenultima ſ. infima alæ Bor.	4.
	In Boreo pede præcedens	4.
	ſequens	4.
	In Auſtrali pede præcedens	4.
	ſequens	4.
	In principio alæ Auſtr.	4.
	In vola alæ Auſtr. Bor.	4.
	Media	4.
	Infima	4.
	In Cuſpide alæ Auſtr.	4.
	Informium ſub ala Auſtr. Auſtralium præcedens	
	ſequens	lit.
	Duarum informium caput Cygni præcedentium inferior	*b*
		num.
	Supra Cuſpidem alæ Bor. Aquilæ Auſtr.	6.
	Borealis	7.

Nomina

	Magn.	Lit.
Duarum informium, caput Cygni præcedentium, ſuperior.	6.	*c.*
Ad Genam Cygni	5.	*d.*
Nova ſub capite Cygni in via Lactea, trium ſuperiorum præcedens	3.	*a.*
Media	5.	*o.*
Ultima	5.	*p.*
Sub capite Cygni in via lactea ſub ipſo Tropico	5.	*r.*
Sub cap. duarum inferiorum ſup. Tropic. ſeq.	5.	*q.*
Infra lucidiorem Colli	5.	*n.*
Supra lucidiorem Colli trium præcedens	5.	*g.*
media	5.	*i.*
ſequens	5.	*m.*
Sub nova Pectoris prima	6.	*l.*
ſecunda	6.	*k.*
Informis in via Lactea præcedens collum	5.	*f.*
In Cuſpide alæ Vulturis	5.	*e.*
In ſuperiori parte Ventris præcedens	5.	*y.*
ſequens	5.	*ϑ.*
Infima Ventris	5.	*α.*
In eductione Caudæ præcedens	5.	*β.*
ſequens	5.	*γ.*
In Extremitate Caudæ Borealis	5.	*η.*
Auſtral.	6.	*ζ.*
Infra pedem Auſtrinum	5.	*δ.*
Infra Caudam informis	5.	*ε.*
Supra Caudam nebuloſa	6.	*θ.*
Supra ſagittam & ſub Tropico trium præcedentium	5.	*s.*
media	6.	*u.*
Supra ſagittam Auſtral. & proximior	6.	*t.*
Supra ſagittam & ſub Tropico trium ſeq.	6.	*x.*
Supra Delph., alam Auſtr. Cygni verſus, inferior & prima	5.	1.
ſecunda	6.	2.
Sub ipſo Tropico tertia	6.	3.
Supra Tropicum quarta	6.	4.
Ultima ſive quinta	6.	5.
Informium ſupra Delph., mediam ſub ipſo Tropico præced.	6.	9.
Informium ſupra Delphinum, inferiorem ſequens	6.	10
Sub Capite, *novam* [a] præcedens	6.	8

Stella in Cygno
observata a
Joh. Hevelio
Anno 1670. die 25 Julij st n

Fig. I.



Saturnus Obseruatus
GEDANI
Anno 1670. die 26 August.
Joh. a Hevelio.

Fig. II.



Sat. obs. Lond.
a R. Hook.
September 26/16 1670.

Fig III